



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

IV. De Palladio laico, qui presbytero crimen intulerat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
CHRISTI
197.
cepti, ordinationes huiusmodi perpetrarunt.

I V.

De Palladio autem laico, qui Spano presbytero non leue crimen intenderat, inter quos episcopus Triferius eiusdem criminis causas se cognouisse testatus est; id Concilii decreuit auctoritas, vt idem Palladius in eadem sententia maneret, qua cognitionis tempore a Triferio fuerat sacerdote multatus. in hoc ei humanitate reseruata Concilii, vt ipse Triferius in potestate habeat, quando voluerit, ei relaxare.

V.

Statuit quoque de Exuperantio presbytero sancta Synodus, qui ad iniuriam sancti episcopi sui Triferii graua & multa congefferat, & frequentibus eum contumeliis prouocauerat; ita vt nonnulla fecerit contra ecclesiasticam disciplinam, propter quam causam ab eo fuerat dominica communione priuatus: vt in eius sit arbitrio restitutio ipsius, in cuius potestate fuit eius abiectio. hoc est, vt quando vel idem Exuperantius satisfecerit, vel episcopo Triferio visum fuerit, tunc gratiam communionis accipiat.

VI.

Illud præterea decreuit sancta Synodus, vt quoniam legatos episcopi Galliarum, qui^t Felici^{*} communicant, destinarunt; si qui ab eius communione se voluerint sequestrare, in nostræ pacis consortium suscipiantur, ^f iuxta literas venerabilis memoriæ Ambrosii episcopi, vel Romanæ ecclesiæ sacerdotis, dudum latas, quæ in Concilio legatis præsentibus recitatæ sunt.

* *Binius*
legit.
* Felici
non cō-
municat.